

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber IIX.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

## IN ULTIMUM

VALER. FLACC. LIBR.

ÆGID. MASERII AR-  
GUMENTUM.

Xcedens Medea gravi mœstissima planctu  
Opprimitur. Grajo tandem iungenda ma-  
rito

Effert virgineis medicamina sæva canicris;  
Serpens obruitur somno; Fulvo exiit ornum.  
Æsonides auro; cedentes excipit Argo;  
Frater in arma ruit; ripæ pater ad volat; auras  
Questibus ipsa parens pulsat; volataurea classis  
Cyaneos linquens scopulos; connubia læti  
Æmonidæ celebrant; quæ Colchica navis in enses  
Vertit: carceribus revocat Saturnia ventos;  
Mergitur Albanus; monitis ingratus Iason;  
Flectitur: hoc sentit virgo; magnumq; minatur.

## C. VALERII FLACCI

SETINI BALBI ARGO-  
NAUTICON

LIBER IIX.

**A**Trepidam in thalamis & jam sua facta  
paventem,  
Colchida circâ, omnes pariter Furieq; mineq;  
Patris habent: nec cerulei timor equoris ultra,  
Nec misere terra ulla procul: qua scûq; per undas,  
Ferre fugam, quamcumque cupit jam scandere  
puppim.

Vlti.

Ultima virgineis tunc flens dedit oscula vittis,  
 Quosq; fugit, complexa ihoros: crimemq; genasq;  
 Ante per antiqui carpsit vestigia somni,  
 Atque hac impresso genuit miseranda cubili:  
 O mihi si profuga genitor nunc ille supremos  
 Amplexus Æta dares, fletusque videres  
 Ecce meos: ne crede pater, non carior ille est,  
 Quem sequimur: tumidis utinam simul obruar  
 undis,

Tu precor hac longâ placidus mox scepra senectâ  
 Tuta geras, meliorque tibi sit cetera proles.  
 Dixit, & Hæmonio numquam spernenda marito  
 Condita letiferis profert medicamina cistis;  
 Virgineosque sinus, ipsumq; monile venenis  
 Implicat, ac seivum super omnibus addidit ensẽ.  
 Inde velut torto Furiarum eiecta flagello  
 Profilit: attonito qualis pede profilit Ino  
 In freta, nec parvi meminit conterrita nati,  
 Quem tenet: extremum conjunx ferit irritus  
 Isthmon.

Jam prior in lucos curis urgentibus Heros  
 Venerat, & nemoris sacrâ se nocte regebat;  
 Tum quoque siderea clarus procul ora juventa  
 Qualis adhuc sparsis comitum per lustra catervis  
 Latinius æstiva residet venator in umbra,  
 Dignus amore dea, velatis cornibus, & jam  
 Luna venit; roseo talis per nubila ductor  
 Implet honore nemus, talemq; expectat amantem.  
 Ecce autem pavida virgo de more columba,

*Que super ingenti circumdata prepetis umbra  
In quemcumque tremens hominem cadit: haud  
secus illa*

- 35 *Ita timore gravi mediam se misit: at ille  
Exceptit, blandoque prior sic ore locutus:  
O decus in nostros magnum ventura Penates,  
Solaque tantarum virgo haud indigna viarum.  
Causa reperta mihi; jam nunc non ulla requiro*
- 40 *Vellera, teque mea satis est quasi se carina.  
Verum age, & hoc etiam, quando potes, adijce ratiæ  
Muneribus, meritisque tuis: namque aurea jussi  
Terga referre sumus: socios ea gloria tangit.  
Sic ait, & primis supplex dedit oscula palmis.*
- 45 *Contra virgo novis iterum singulitibus orsa est:  
Linguo domos patrias te propter, opesque meorum;  
Nec jam nunc regina loquor: sceptrisque relictis  
Vota sequor: serua hanc profuga prior ipse dedisti,  
Quam, scis nempe, fide: Di nostris vocibus assunt,  
50 Sidera & hæc te, meque vident: tecum equora, recte  
Experiar quascunque vias: modo ne quis abactam  
Huc referat me forte dies, oculisque parentis  
Ingerat. hoc superos, hoc te quoque deprecor ho-  
spes.*

- Hæc ait, atque furens rapido per devia passis  
55 Tollitur. ille hæret comes, & miseratur euntem;  
Cum subito ingentem media inter nubila flammam  
Conspicit, & seua vibrantes luce tenebras.  
Quis rubor iste poti? quod tam lugubre refulsit  
Sidus? ait: reddat trepido cui talia virgo:*

*Ipsius*

Ipsius en oculos, & lumina torva draconis 60  
 Aspicias; ille suis hæc vibrat fulgura cristis;  
 Meq; pavens contra solam videt, ac vocat ultro,  
 Ceu solet, & blanda poscit me pabula lingua.  
 Dic age nunc, utrum vigilanti, hostemq; videnti  
 Exuvias auferre velis; an lumina somno 65  
 Mergitur, & domitum potius tibi tradimus an-  
 guem?

Ille silet; tantus subjît ut virginis horror.  
 Jamq; manus Colchis, circumq; intenderat astris  
 Carmina Barbarico fundens pede, teq; ciebat.  
 Somne pater: Sone omnipotens, te Colchis ab omni 70  
 Orbe voco, inq; unum iubeo nunc ire draconem:  
 Que freta sæpe tuo domui, qua nubila cornu,  
 Fulminaq; & toto quidquid micat athere: sed nûc  
 Nunc, age, major ades, fratriq; simillime leto.  
 Te quoque Phryxæ pecudis fidissime custos 75  
 Tempus ab hac oculos tandem deslectere curo.  
 Quem metuis me stante dolum? servabo parûper  
 Ipsa nemus, longum intereâ tu pone laborem.  
 Ille hand Eolio discedere fessus ab auro,  
 Nec dare permisse (quamvis iubet) ora quieti 80  
 Sustinet; ac primi percussus nube soporis  
 Horrui, & dulces excussit ab arbore somnos.  
 Contra Tartareis Colchis spumare venenis,  
 Cunctaque letæi quassare silentia rami  
 Perstat; & adverso luctantia lumina cantu 85  
 Obruit, atque omnem linguaq; manuq; fatigat  
 Vim Sygiam; ardentes donec sopor occupat iras.  
 Jamq;

- Jamq̄ alta cecidère iube, mutatque coactum  
 Jam caput, atque ingens extrà sua vellerà cervix,  
 90 Ceu refluens Padus, aut septè projectus in amnes  
 Nilus, & Hesperium veniens Alphæus in orbem,  
 Ipsa caput cari postquam Medea draconis  
 Vidit. humi, fufis circum projecta lacertis;  
 Seq̄, suumque simul flevit crudelis alumnum:  
 95 Non ego te serâ talem sub nocte videbam,  
 Sacra ferens, epulasque tibi: nec talis hianti  
 Mella dabam, ac nostris nutriebam fida venenis.  
 Quam gravidâ nunc mole jaces! quam segnis in-  
 eptem  
 Flatus habet! nec te saltem miserande peremi,  
 100 Heu seruum passure diem: jam nulla videbis  
 Vellerà, nulla tuâ fulgentia dona sub umbrâ.  
 Cede Deo, inque alijs senium nunc digere lucis  
 Inmorsor oro mei: nec me tua sibila toto  
 Exagitent infesta mari: sed tu quoque cunctas  
 105 Æsonide dimitte moras, atque effuge raptis  
 Velleribus, patrios exstinxi noxia tauros;  
 Terrigenas in fata dedis fufum ecce draconis:  
 Corpus habes; jamq̄ omne nefas, jam spero peregi.  
 Querenti tunc deinde viam, qua se arduus Heros  
 110 Ferret ad aurigæ caput arboris, eia per ipsum  
 Scande age, & aduerso gressus, ait, imprime dorso.  
 Nec mora fit dictis: fidens Crethæia proles  
 Calcat, & æream quamvis perfertur ad ornum:  
 Cuius adhuc rutilam servabant brachia pellem,  
 115 Nubibus accensis similem, aut cum veste recincta  
 Labi-

Labitur ardentii Thaumantias obviam Phœbo.  
 Corripit optatum decus, extremumque laborem.  
 Hesoides: longosque sibi gestata per annos  
 Phryxæe monumenta fuge vix reddidit arbor  
 Cum gemitu, tristesque super coiere tenebrae. 120  
 Egressi relegunt campos, & fluminis ora  
 Summa petunt. micat omnis ager, villisque co-  
 mantem.

Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:  
 Nunc in colla refert: nunc implicat ille sinistra.  
 Talis ab Inachejs Nemea Tirynthius antris 125  
 Ibat, adhuc aprans humeris, capitique leonem.  
 Ut verò socijs, qui tunc prædicta tenebant  
 Ostia, per longas apparuit aureus umbras;  
 Clamor ab Hæmonio surgit grege: se quoque gaudēs  
 Promoveret ad primas juveni raris obviam ripas. 130  
 Precipites agit ille gradus, atque aurea misit  
 Terga prius: mox attonitâ cum virgine puppem  
 Insilit, ac raptâ victor consistit in hastâ.  
 Interea patrias serenus venit horror in aures,  
 Fata domus, luctumque ferens, fraudemque, fugamque, 135  
 Virginis: hinc subitis inflexit frater in armis:  
 Urbs etiam mox tota coit: volat ipse senectæ  
 Inmemor Aetes: complentur litora bello  
 Nequicquam: fugit immixtis nam puppis habenis.  
 Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas, 140  
 Et soror, atque omnes alia matresque nurusque  
 Colchides, æqualesque tibi Medea puella.  
 Exstat sola parens, impletque ululatibus auras:

Siste

- Siste fugam, medio refer huc ex equore puppem,  
 145 Nata, potes, quo, clamat, abis? hic turba tuorum  
 Omnis & iratus nondum pater: hac tua tellus,  
 Sceptraque quid terris solam te credis Achais?  
 Quis locus Inachias inter tibi Barbara natus?  
 Istane nota domus, expectatq; Hymenei?  
 150 Hunc petij grande vadium? vellem unguibus uncis  
 Ut volucris possem prae donis in ipsius ora  
 Ire, raremque supra, clarosq; reposcere cantu,  
 Quam genui. Albano fuis haec promissa tyranno,  
 Non tibi: nil tecum miseri pepigere parentes  
 155 Aesonide: non hoc Pelias evadere furto  
 Te iubet, aut ulla Colchis abducere natas:  
 Vellus habe, & nostris si quid super accipe tepis.  
 Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis?  
 Ipsa fugit, tantoque (nefas) ipsa ardet amore.  
 160 Hoc erat infelix (redeunt nam singula menti)  
 Ex quo Thessalici subierunt equora remi,  
 Quod nulle te nata dapes non ulla iuvabant  
 Temporas; non ullus tibi tum color; egraq; verba,  
 Errantesque genas; atque alieno gaudia vultu  
 165 Semper erant: cur tanta mihi non prodita pestis,  
 Ut gener Aesonides nostra consideret aula,  
 Nec talem paterere fugam? commune fuisset  
 Aut certe nunc omne nefas: iremus & ambae  
 In quascumq; vias: pariter petijisse iurare  
 170 Thessaliam, & se vi, quaecumq; est, hospitis urbem.  
 Sic genitrix, similisq; implet soror omnia questu  
 Exubulans, famula pariter clamore supremo

In vacuos dant verba Notos, dominamq; reclamant

Nomine: te venti procul & tua fata ferebant.

Inde diem, noctemq; volant. redeuntibus aura 175

Gratior; & nota Minyis transcurrere terra:

Cum subito Erginus puppi sic fatur ab alta:

Vos, ait, Aesonide contenti vellere capto,

Nec via que superet; nec que fortuna videris.

Crastina namq; dies trucid ad consinia ponti 180

Cyaneasq; vocat: memini que o Tiphys tuorum

Saxa per illa pater, memini venerande laborum.

Mutandum o socij nobis iter, altera ponti

Eluctanda via: & cursu, quem fabor, eundum est.

Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus 185

Histri,

Fundere non uno tantum quem flumina cornu

Accipimus: septem exit aquis; septem ostia padis:

Illius edvarsi nunc ora petamus & undam;

Quae latus in levum ponti cadit. inde sequemur

Ipsius amnis iter: donec nos flumie certo 190

Perferat, inq; aliud reddat mare: sint age tanti

Aesonide quecumque mora; quam se va sub ire

Saxa iterum; quam Cyaneos perumpere montes.

Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.

Hec ait, ignarus fixas jam numine rupes 195

Stare, neque adversis ultra concurrere saxis

Reddidit Aesonides: Et te fidissimae rector,

Haud vani tetigere metus: nec me ire recuso

Longius, & cunctis reventem ostendere terris.

Proinus inde alios fleant regesq; locosque 200

Assue-

- Affueruntq; petunt plaustris migrantibus equos.  
 Puppe procul summâ vigilis post regna magistris  
 Haeserat aurate genibus Medea Minerva:  
 Atque ibi dejectâ residens in lumina pallâ  
 205 Flebat adhuc quamquam Hemonijs cum regibus  
 ireris;  
 Sola tamen, nec conjugii securâ futuri.  
 Illam Sarmatici miserantur litora ponti:  
 Illa Thoancêe transit deflexa Diane:  
 Nulla palus, nullus Scythia non meret euntem  
 210 Annis: Hyperboreas movit conspecta pruinas,  
 Tot modò regna tenens: ipsi quoque murmura pōiti  
 Jam Minye jam ferre volunt: vix allevat ora,  
 Ad seras si quando dapes, quas carus Iason  
 Ipse dabat, jam nubiferam transire Carambim  
 215 Significans: jam regna Lyci; toiensq; gementem  
 Fallit, ad Hemonios hortatur surgere montes.  
 Insula Sarmatica Peuce stat nomine nymphæ  
 Torvus ubi & ripâ semper metuendus utraq;  
 In freta per sevos Hister descendit Alanos;  
 220 Solvere in hoc tandem resides dux litore curas:  
 Ac primum socios ausus sua pãcta docere,  
 Promissamq; fidem, thalami fœdusq; jugale.  
 Ulterò omnes leti instigant, meritaq; fatentur.  
 Ipsa autem invise jam Pallados erigit aras  
 225 Incipit Idaliæ numen nec spernere divæ.  
 Præcipueq; sui si quando in tempore pulcher,  
 Coniugij Minyas numquam magis eminent inter:  
 Qualis sanguineo victor Gradivus ab Hebro

Idalium furto subit, aut dilecta Cythera;  
 Seu cum caelestes Alcide invisere mensas 230  
 Jam vacat, & fessum Innonia sustinet Hebe;  
 Assunt unanimes Venus hortatorque Cupido.  
 Suscitatur affixam maestis Aetida curis,  
 Ipsa suas illi croceo subtemine vestes  
 Induit: ipsa suam duplicem Cytheréa coronam 235  
 Donat, & arsuras aliâ cum virgine gemmas.  
 Tum novus implevit vultus honor: ac sua flavis  
 Reddita cura comis: graditurque oblita malorum.  
 Sic ubi Mygdonios planctus sacer abluvit Almo,  
 Lataq; jam Cybele, festaq; per oppida tede; 240  
 Quis modo jam sevos aстыtis fluxisse cruores  
 Cogitet? aut ipsi qui jam meminere ministri?  
 Inde ubi sacrificas cum conjugé venit ad aras  
 Esonides; unaq; adeunt; pariterque precari  
 Incipiunt: ignem Pollux undamq; jugalem 245  
 Pretulit; ut dextram pariter vertantur in orbē.  
 Sed neque se pingues tū candida flamma per auras  
 Explicuit: nec thura videt concordia Mopsus,  
 Promissam nec stare fidem: breve tempus amorū.  
 Odit utrumq; simul: simul & miseratur utrumq; 250  
 Et tibi jam nullos optavit Barbara natos.  
 Mox epulas & sacra parant: silvestria leti  
 Præmia, venatufacili questita supersunt;  
 Pars veribus, pars undanti despumat aheno.  
 Gramineis ast inde thoris discumbitur: olim 255  
 Hister anhelantem Peucen quo presserat antro.  
 Ipsi inter medios rosea radiante juventa

- Altius, inq̄ sui sternuntur velleris auro.  
 Quis novus inceptos timor impedijt Hymeneos?  
 260 Turbavitq̄ ichoros? & sacra calentia rupit?  
 Absyrtus subita praeceps cum classe parentis  
 Advehitur, profugis infestam lampada Grais  
 Contutiens: diramq̄ premens clamore sororem:  
 Atque hanc o si quis vobis dolor iraque Colchi  
 265 Accelerate viam: neque enim fugit equore raptor  
 Jupiter; aut falsi sequimur vestigia tauri.  
 Puppe (nefas) una praeo Phryxica reportat:  
 Vellera: qua, libuit remeat cum virgine: nobis  
 (O pudor) & muros & stantia tecta reliquit.  
 270 Quid mihi deinde satis? nec quero vellera; nec te  
 Accipio germana datam: nec foederis ulla  
 Spes erit, aut ira quisquam modus: inde reverti  
 Patris ad ora mei tam parvo in tempore fas sit?  
 Quinquaginta animae me scilicet unaq̄, mersa  
 275 Sufficiet placare ratis? te Gracia fallax  
 Persequor: atque tuis hunc quasso moenibus igne:  
 Nec tibi digna soror desum ad conubia frater.  
 Primus & ecce fero quatioq̄ hanc lampada vestro  
 Conjugio: primis celebros dotalia sacra,  
 280 Qui porui, patrie veniam da quae senecta.  
 Quin omnes alii pariter populiq̄, patresque  
 Mecum assunt: magni virgōne regia Solis  
 Hemonij thalamos adeas despecta mariti;  
 Tot decuit conisse rates: tot fulgere tedas.  
 285 Dixerat, itaq̄ orans iterum ventosq̄, virosq̄  
 Perḡ ratis supplex vox remigis illa magistris.

Illi autem intorquent truncis frondentibus undas  
 Quaeque die fuerat raptim formata sub uno,  
 Et tantum dejecta suis à montibus arbor:  
 (Quid dolor & veterum poruit non ira virorum?) 298

Haud longis jam distat aquae: sequiturq; volante  
 Barbara Palladium puppem ratis: ostia donèc  
 Danubij. viridemq; vident ante ostia Peucen:  
 Ultimaque agnoscunt Argoi cornua mali.

Tum verò clamorem omnes, inimicaque tollunt 299  
 Gaudia: tū gravior remis fragor. ut procul Argò

Visa viris; unamq; petunt rostra omnia puppens:  
 Princeps navalem nodosi roboris uncum  
 Arripit: & longa Sirus prospectat ab unda:  
 Coniugio atque iterum sponse flammatus amore. 300

Jamque alij clypeos & tela trabatia dextris  
 Expediunt: armant alij picis unguine flammæ:  
 Impatiens tremit hasta mora. nec longius inter  
 Quam quod tela veter. superest mare. vocibus  
 urgent

Interea, & pedibus pulsant tabulata frementès. 305  
 Cum subitas videre rates, vibrataque flammis  
 Equoras; non una Minye formidine surgunt.

Primus & in puppem deserta virgine ductor  
 Profilit, & summa galeam rapit altius ab hasta:  
 Ense simul clypeoq; micat. nec cetera pubes 310  
 Segnius arreptis in litore constitit armis

At tibi qua scelerum facies Medea tuorum?  
 Quisve pudor Colchos iterum fratremq; videnti,  
 Quicquid & abscissum vasto jam tuta profundo

- 315 *Credideras? ergo infansto sese oculit antro  
 Non aliud quam certa mori; seu carus Iason,  
 Seu frater Graia victus cecidisset ab hasta.  
 Haud ita sed summo segnis sedet aethere Juno;  
 Haud sinit extremâ Minyas decernere pugna:*
- 320 *Nec numero quoniã Colchis nec puppibus equos.  
 Ergo ubi diva rates hostemq; accedere cernit;  
 Ipsa subit terras, tempestatemq; refringit  
 Ventorumq; domos. volucrum gens turbida fratru  
 Erumpit: classem dextra Saturnia monstrat.*
- 325 *Videres; inq; imum pariter mare protinus omnes  
 Infesto clamore ruunt: inimicq; Colchis  
 Equora, & adversos statuunt à litore fluctus.  
 Tollitur, atque intra Minyas, Argoaq; vela  
 Stirus abit: vasto rursus desedit hiatu*
- 330 *Abrupta revolutus aqua. jamq; omnis in astra  
 Itq; reditque ratis, lapsoque reciproca fluctu  
 Descendit; trahit hos vortex; hos agmine toto  
 Gurgēs agit: simul in vultus micat undiq; terror:  
 Crebra ruina poli caelestia lumina laxat:*
- 335 *Non tamen ardentis Stiri violentia cedit.  
 Hortatur socios media inter praelia divum:  
 Transferet ergò meas in que volet oppida dotes  
 Colchis? & Hemonius nobis succedet adulter?  
 Nec mihi tot magnos inter regesque procosq;  
 340 Profuerit prona haud dubij sententia patris?  
 An virtus prelata viri est, & fortior ille,  
 Quem sequitur? iungam igniferos sine carmine  
 tauros,*

*Savaq̄, Echionij ferro sata persequar hydri.  
 Hoc adèò interea spectans de litore pugnas  
 Amborum; victoris eris: jam digna videbis* 345  
*Pralia, jamq̄ illud carum caput ire cruenta  
 Sub fretas; semiviri nec murrha corpus Achivi,  
 Sed pice sed flammis & olenteis sulphure crines.  
 Vos modò vel solum hoc fluctus expellite corpus,  
 Non te Æeta pater generi, aut Sol magne pu- 350  
 debit.*

*Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos  
 Ipsa movet? diraq̄, levat maria ardua lingua,  
 Atque iterum Æsonides, iterum defenditur arte  
 Qua solet? haud illi cantus & futile murmur  
 Proderit: ite rates, & frangite virginis undam.* 355  
*Dixit, & intortis socio cum milite remis  
 Profilit: ac fluctu puppis labefacta reverso  
 Solvitur, effundiq̄, viros ipsumque minantem,  
 Tunc quoque & elata querentem litora dextra  
 Ibat & arma ferens & strictum naufragus enssem: 360  
 Incipit & remos & querere transra soluta  
 Sparsa ratis: mastas altis intendere voces  
 Puppibus, ast inter tantos succurrere fluctus  
 Nulla potest, au: ulla velit: quotiensq̄ propin-  
 quat,*

*Tunc aliud rursus dirimit mare: jã tamen errat, 365  
 Jamq̄ abiit: fundoq̄, iterum violentus ab imo  
 Erigitur: sed fluctus, adest, magnosq̄, sub altis  
 Turbine figit aquis, & tandem virgine cessit.  
 Absyrus visu maris defixus acerbo;*

- 370 Nec quid agat, qua vi portus, & prima capessat  
 Ostia, qua possit Minyas invadere clausos,  
 Quos videt agnoscitq; tremens: maria obvia cōtra  
 Savaq; pugnat hiems, totusq; in vertice pontus.  
 Abscessit tandem, vanaq; recedit ab ira,
- 375 Et tanta de clade ratis: latus inde sinistrum  
 Adversamque procul Peuces defertur in oram.  
 Cum socij (gemino nam scinditur insula flexu  
 Danubij) hac dudum Minya Pagaseaq; puppis  
 In statione manent: illinc Aetius Heros
- 380 Obsidet adversa tentoria Thessala classe  
 Impatiens: pugnaq; datur non ulla potestas.  
 Noctes atque dies vastis mare fluctibus inter  
 Perfurit: expediant donec Iunonia sese  
 Consilia, atque aliquem bello ferat anxia finem.
- 385 At Minya tanti reputantes ultima belli  
 Urgent & precibus cuncti; fremituq; fatigant  
 Aesoniden: Quid se externa pro virgine clausa  
 Obiciat, quidve illa pari discrimina cogat?  
 Respiceret pluresq; animas, majoraq; fata
- 390 Tot comitum: qui non Furijs, nec amore nefando  
 Per freta, sed sola sese virtute sequantur.  
 An verò ut thalamis raptisq; indulgeat unus  
 Coniugijs? id tempus enim sat vellera Crais,  
 Et posse oblata componere virgine bellum:
- 395 Quemq; suas sinat ire domos: nec Marte cruento  
 Europam atque Asiam prima haec committat  
 Erinyis.  
 Namq; datū hoc fatiis trepidus supplexq; canebat  
 Mopsus

*Mopsus, ut in seros irent magis ipsa nepotes:  
 Atque alius lueret jam dira incendia raptor.  
 Ille trahens gemitum, tantis ac vocibus impar, 400  
 (Quanquam jura deum, sacri sibi conscia pacti,  
 Religio dulcis que movent primordia tædæ)  
 Cunctatur, mortemq; cupit, sociamq; pericli  
 Cogitat: haud ultra socijs obistere pergit.  
 Hæc ubi fixa viris; tempus fluctusq; quietos 405  
 Expectant: ipsam interea quid restet amantem  
 Ignorare sinunt: decretaque tristia servant.  
 Sed miser ut vanos, versos ita sæpe timores  
 Versat amor: falliq; sinit nec virginis annos.  
 Ac prior ipsa dolos & quamlibet intima sensit 410  
 Non fidi jam signa viri: nimiumq; silentes  
 Unâ omnes; haud illa sui tamen inmemor un-  
 quam  
 Nec subitis turbata minis, prior occupat unum  
 Æsoniden, longeque trahit: mox talibus insit:  
 Me quoque vir tecum Minya, fortissima pubes, 415  
 Noctæ dieq; movent: liceat cognoscere tandem,  
 Si modò Peliaca non sum captiva carinæ,  
 Nec dominos decepta sequor: consultaq; vestra  
 Fas audire mihi, vereor fidissime conjunx  
 Nil equidem: miserere tamen: promissaq; serva 420  
 Usque ad Thessalicos saltem connubia portus:  
 Inq; tua me sperne domo, scis te mihi ceriè,  
 Non socios irasse tuos. his reddere forsan  
 Fas: abeant, tibi non eadem permissa potestas.  
 Teq; simul mecum ipsa irabam, non sola reposito 425*

Virgo nocens, atque hac pariter rate fugimus  
omnes

An fratris te bella mei, patriæque biremes  
Terrificant? magnoq; impar urgeris ab hoste  
Finge rates alias, & adhuc majora coire

430 Agmina: nulla fides? nullis ego digna periculis?  
Non merui mortemq; tuam comitumq; tuorum?  
Vellem equidem nostri tetigissent litora patris  
Te sine: duxq; illis alius quicumque fuisset.  
Nunc remeât: meq; ecce, nefas, & reddere possunt:

435 Nec spes ulla super. quin tu mea respice saltem  
Consilia: & nimio comitum ne cede timori.  
Credidit ardentes quis se tunc iungere tauros  
Posse? quis ad se vi venturum templa draconis?  
O uinam ergo meus pro te non omnia posset,

440 Atque aliquid dubitaret amor. quin nunc quoque  
querit

Nescio quid tuis iste pudor. me ne optime quondã  
Æsonide; me ferre preces, & supplicis ora  
Fas erat? haud hoc nunc genitor putat, haud da-  
re pœnas

Jam sceleris: dominumq; pati. sic fata parantem  
445 Reddere dicta virum Furiata mente refugit  
Vociferans: qualem Ogygiæ cum tollit in arces  
Bacchus & Aonijs illidit tympana truncos.  
Talis erat, talemque iugis se virgo ferebat,  
Cuncta pavens, fugit infestos vibrantibus hastis

450 Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.  
Si Pagasas vel Peliacas hinc deniq; nubes

Cerneret & Tempe viridi lucentia fumo;  
 Hoc visu contenta mori. tunc tota querelis  
 Egeritur questuq; dies: eademq; sub astris  
 Sola movet. mastis veluti nox illa sonaret 455  
 Plena lupis, quaterentq; truces jeiuna leones  
 Ora, vel orbata, traherent suspiria vacca.  
 Procedit non gentis honos, non gloria magni  
 Solis avi, non Barbarica decor ille juventa.  
 Quid dubitas? heu dure files? magnumq; minatur. 460  
 Qualis erat, cum Chaonio radiantia trunco  
 Vellera vexit ovans; interq; ingentia Graium  
 Nomina, Palladia virgo sterit altera prora.  
 Mestus at ille minis, & nota Colchidos ira  
 Heret: & hinc prasens pudor; hinc decreta suorum 465  
 Dura premunt. utcumque tamen mulcere gemen-  
 tem  
 Tentat & ipse gemens, & tempora currere ditlis  
 Mene aliquid moruisse putas? me talia velle?

